Universis & singulis huiusmodi se-
riem inspecturis lecturis pariterq et audituris
Attestor fidemq facio Ego Melchior Borras Auctoritatibus
apostolica atq Regia per totam terram et dominationem Dni
nri Hyspaniarum Regis notarius et scriba publicus Ville et
termini Sti. Cucuphatis Vallen. diocesis Barcin.ne Infrascriptus
meorum comptum not.rum et scribam fuis in Capitulo Im-
perialis Monasterij sancti Cucuphatis Vallen. Ordinis dnii
Benedicti receptum et testificatum quoddam Mandati sive
procurationis instrum. in eius appressa thenoris huiusmodi

Die decima Veneris Januarij Anno a Nativitate domini
Millesimo septingentesimo quadragesimo. Nos frater Josephus
de Calders Monachus professus et Prepositus mayor Impe-
rialis Monasterij sancti Cucuphatis Vallen. Ordinis sancti
Benedicti immediate sancte Romane Ecclesie tam in capite
et in membris subjecti Et dicti Monasterij et Conventus Abbatia
per obitum Ill.mi et R.mi ac Nobilis domini domni fratris don
Francisci de Ril et Semmanat ipsius Abbatie ultimi possessoris
vaccante Presidens et interim Vicarius generalis. frater
don Franciscus de Sport et Dama Beneficiatus Beneficij sub in-
vocatione Beate Maria, frater Josephus de Olorda Dispen-
serius minor, frater Franciscus Monsar S.T.D. Prepositus
Peniten. frater don Josephus Alemany, frater Franciscus
molera D.D. Infirmarius, frater Eudaucus de Calders Bene-
ficiatus Beneficij sub Invocatione Sti. Fidei frater don Gaspar
Casamitjana et de Ril Camerarius, frater don Fran.cus Fer-
rer, frater Hieronymus Nabel et frater don Joannes Maga-
rola Prepositus de Palatio tordera Omnes Monachi professi
eiusdem Imperialis Monasterij sancti Cucuphatis Vallen.
dicti Ordinis sancti Benedicti. Convocati et congregati de
Mandato meo dicti fratris Josephi de Calders Presidentis et
interim Vicarij gnalis predicti ad sonum Campane (ut moris
est) intus Capitulum eiusdem Imperialis Monasterij ubi
pro his similibus et alijs dicti Imperialis Monasterij Communibus
negotijs convocari et congregari consuetum est ex longeva
et antiqua hactenusq observata consuetudine Ibidemq et
causa infra capitulum tenentes facientes celebrantes et
representantes tanq major et sanior pars ex aliisq [illegible]
partes Monachorum conventualium predicti Imperialis
Monasterij degentes in eodem Monasterio residentium

laudando primitus et approbando rattifficando et confirmando
omne id quie quid per vos ipsos procuratores et actores nostros
seu verius dicti Imperialis Monasterij et Conuentus circa infra
simul vel insolidum procuratum et actum fuerit quomodolibet
quie gestum Gratisque Constituimus Creamus et ordinamus
ac deputamus procuratores factores et actores nostros seu verius
dicti Imperialis Monasterij et Conuentus certosque speciales
Vos supranominatos fratrem Josephum de Calders Prepo=
situm Mayorem et fratrem Franciscum Monfar Prepositum
Ponticen. Monachos professos dicti Imperialis Monasterij
presentesque et vtrumque vestrum insolidum specialesque Ad
videlicet pro nobis et nomine nostro et dicti nostri Imperia=
lis Monasterij et Conuentus sancti Cucufatis Vallen. adiu=
dicationes quascumque de quibuscumque hereditatibus iuribus
pecunijs et bonis tam mobilibus quam immobilibus qualitercumque
nobis et dicto nostro Imperiali Monasterio vnacum alijs
et insolidum spectantibus et pertinentibus spectareque et perti=
nere debentibus nunch seu in futurum faciendum seu fieri
faciendum petendum et requirendum, Ergo inde quascumque
supplicationes quibuscumque Iudicibus et personis tam verbo
quam in scriptis cum narratiua vobis simul vel insolidum
benevisa presentandum easque admitti et prouideri petendum
et supplicandum Informationes quascumque ad id necessarias
recipiendum petendum et instandum Sententias et prouis=
siones quascumque ad id necessarias ferri et promulgari
petendum et instandum Possessionemque corporalem seu quasi
de quibusuis hereditatibus et bonis ac iuribus quibuscumque
in fauorem nostrum et dicti Imperialis Monasterij et Conuentus
iam forsan adiudicatis et seu in posterum adiudicandis vigore
quorumuis grauaminum et substitutionum in fauorem
nostrum et dicti nostri Imperialis Monasterij ac Conuentus
appositis tam in vltima voluntate seu vltimis voluntati=
bus quarumcumque personarum et tam ab intestato quam
alias qualitercumque prout vobis simul vel diuisim benevi=
sum fuerit. Nanciscendum et apprehendendum Ergo quecumque
signa possessionem denotantia faciendum seu fieri facien=
dum et quecumque possessionum instandum cum protesta=
tionibus et solemnitatibus ac cum clausulis et cautelis vobis

2

simul vel insolidum beneuisis faciendum seu fieri faciendum Inuen=
tarium quodcunque seu repertorium pro conservatione Iurium nostrorum
et dicti Imperialis Monasterij et conventus et alia cum protesta=
tionibus vobis simul vel insolidum beneuisis de hereditatibus peccunijs
et bonis ac Iuribus tam ~~im~~mobilibus quam immobilibus nobis dictoque
Monasterio Imperiali et conventui vnacum alijs vel insolidum
vt premittitur forsan Iam adiudicatis et aliunde adiudicandis
describendum et describi faciendum instandum et requirendum
Item etiam pro nobis dictoque Monasterio et Conventu seu verius
nobis tam nomine dicti Monasterij et Conventus quam etiam nomine
nostro proprio et etiam vt Presidente et Iudice vicario generali
predicto dicta Abbatia vacante petendum et extrahendum leuan=
dum et habendum tam a tabula Cambij siue depositorum Co=
munium Ciuitatis Barcinone quam ab alijs quibusuis campsorum tabulis
siue bancalijs tam dicte Ciuitatis quam aliarum quarumcunque Ciui=
tatum opidorum seu villarum tam presentis Principatus Cathalonie
et Comitatuum Rossilionis et Ceritanie et Regnorum Ara=
gonum et Valentie quam etiam aliorum quorumcunque mundi Reg=
norum omnes et singulas ac quascunque peccunie quantitates
siue peccuniarum summas tam Ill.mo et Adm. R.do domino domino
fratri don Francisco de Erill et Semmanat Abbati eiusdem
Monasterij sancti Cucuphatis Vallensis defuncto et eius
heredibus seu successoribus tam coniunctim quam diuisim quam etiam
nobis dictis Presidenti et Iudici vicario generali et Mona=
chis tam nomine nostro proprio quam etiam nomine dicti Imperialis
Monasterij et Conventus et etiam tam nominibus expressis quam
non expressis et tam coniunctim quam diuisim vnacum alijs
vel insolidum in dictis tabulis siue bancalijs et qualibet earum
seu eorum dictas depositas et scriptas siue de cetero dicendas
deponendas et scribendas per quasuis Vniuersitates Communitates
corpora collegia et singulares personas quibusuis rationibus nominibus
Iuribus titulis siue causis Receptas peccunie quantitates in=
simul vel separatim vobismet simul vel insolidum dictis
procuratoribus et alicui vestrum coniunctim alique vel alijs
persone seu personis causis et nominibus vobis simul vel insolidum
beneuisis dicendum girandum et transcribendum siue dici girari
et transcribi faciendum Et inde partitas quascunque ac debitas et solu=
tas mentiones in libris siue cotidianis rationum dictarum tabularum
seu bancalium et cuiuslibet earum seu eorum faciendum seu fieri
faciendum. Item etiam pro nobis ~~seu verius~~ pro dicto Impe=
riali Monasterio et Conventu et etiam vt Presidenti et Iudici
vicario generali predicto tanquam heredibus et successoribus spolij dicti Ill.mi
et R.mi domini fratris domini Francisci de Erill et Semmanat quondam Abbatis
dicti Imperialis Monasterij Compromittendum transigendum

concordandum paciscendum et stipulandum super quibuscumque
negotijs rebus iuribus questionibus litibus sive causis ronem (?) dictorum
propositis motis et abinde movendis et in arbitrum vel arbitros
arbitratores laudatores et amicabiles compositores cum pena vel
sine pena compromittendum pignora tornandum et manulevandum
et pro ipsis pignoribus tornandis et manulevandis bona iura et res quaslibet
nostrum seu verius dicti Imperialis Mon.rij et conventus obligandum et etiam
alia faciendum que in arbitris et laudis fieri requirantur sententias
et sententias arbitrales et super laudatorias correctiones siquae fiunt
audiendum et fieri petendum easque seu in eis consentiendum laudandum
et homologandum et pro inde bona iura et res quaslibet nostrum seu verius
dicti Imperialis Mon.rij et conventus obligandum et hypothecandum
et pro inde quecumque transactionum et concordiarum instrumenta faciendum
et firmandum easque petendum et recipiendum. Item etiam pro
nobis dictoque Imperiali Mon.rio et conventu seu verius nobis tam
nomine nostro proprio et etiam ut presidenti et priori vicario generali
predicto dicta Abbatia vaccante petendum exigendum et recipiendum
recuperandum consequendum et habendum a quibuscumque
pecunie quantitates mutua debita credita deposita commandas
commodata peunias (?) tachas primitias census quoque fructus mo=
rabatinos florennos redditus proventus pensionesque censualium mortuorum
et violariorum logeria domorum et terrarum ceterorumque panes et etiam
alia quelibet bona res et iura que dicto [illegible] et ill.e domino fratri
domino fran.co de Roil commendatori et Abbati defuncto seu verius dicto Mo=rio
et conventui aut nobis ipsorum nomine una cum alijs vel sine debent
et debebunt de cetero et detinebunt fuerint et prestabunt preterquam prestare
et debebunt de omnibus et detinebunt quibusvis locorum personis universitates com=
munes ac collegia habent et habebunt quibusvis locorum personis universitates
metates corpora collegia et singulares personas tam communitas quam diversas
quibusvis rebus nostris iuribus actionibus sive causis et inde de receptis apocha
et apochas albarania fines diffinitiones quorumcumque debitorum et habend
obligationum cancellationes et nova censulo sive causa cautiones tam
pendium res empticas quam etiam alia faciendum et firmandum. Item
etiam agendum dicendum tractandum procurandum et componendum
et fine debito terminandum a quibuscumque lites sive causas civiles
vel criminales (citra tamen sanguinis effusionem de qua expresse protesta=
mur) motas vel movendas activas vel passivas principales vel appellationis
quas habet seu habere sperat dictum Imperiale Monasterium et
conventum ac nos eius nomine agentes vel defendentes contra et alios propos=
nis universitates communitates corpora collegia et singulares personas tam com=
munitas quam diversas agentes vel defendentes partibus ex altera quibusvis
rebus nostris iuribus nostris sive causis et pro nobis ac eorum presertim ac etiam
et coram quibusvis dominis officialibus iudicibus iustitijs et personis tam ec=
clesiasticis quam secularibus ac in eorum et cuiuslibet eorum curijs audientijs et consistorijs
et tam coram Ill.mo domino locumtenenti et capitaneo generali pro sua Maiestate
et tam coram [illegible] et committatibus Tarrasonis et Tutelane et in regia audientia
cath. et committatibus Ilerdensis et Tortosane compar[e]ndum et suplicas requisitiones
ac etiam alia ubi expediat comparendum et cancellandum faciendum
et alias quasvis oppositiones faciendum et cancellandum et faciendum

dibus clausulis in amplissimo et assueto litium etiam poni assuetis facul=
tatibus et potestatibus exercendi quascumque clamas sive demandas exponendi
et exceptiones quascumque tam dilatorias quam perhemptorias prestandi cum potestate
substituendi ad lites tantum. Et demum Nos omnes promittimus judicio
sisti et habere ratum et non revocare sub bonorum rerum dicti Imperialis
Monasterii et conventus omnium obligatione. Actum ut supra. Testes sunt Joan=
nes gomar residens de familia dicti Imperialis Monasterii et Joannes blanch
mercator ville sancti Cucuphatis Vallensis diocesis Barchinonensis. Ut supra
premissis manu propria scriptis in judicio et extra judicium ubique
ab omnibus plena impenditur fides. Ego idem Matheus Roxas notarius
et scriba publicus memoratus hic me subscribo et meum quo utor
in publicis claudendis instrumentis appono sig— num.



6

Ecconomat del Espoli
del Sr. Abat de Erill.